

*Saturnumq; gravem nostro Jove frangi-
mus unà.*

*Nescio quod certè est, quod me tibi tempe-
rat, astrum.*

*Vide Cornelium Schrevelium in hunc lo-
cum p. 610.*

*Manilius libro 4. & Juvenalis satyra 9.
vers. 32.*

*Fata regunt orbem: certâ stant omnia
lege.*

Et Ovidius.

Et ratio fatum vincere nulla potest.

*E. violentam mortem quidam effugere
nequeunt. Dico hîc cum Juvenale
Satyr. 6. v. 279. Dic aliquem sodes,
dic, Quintiliane, colorem!*

*Resp. quamvis Astrologia certitudinem,
coeliq; ac fati potestatem multa confir-
ment, ut abunde demonstrat Francis. Jun-
elinus Theol. Doctor & Regis Francorum E-
leemosynarius Tom. 1. p. 1. & seqq. Cyprianus
Leovitius de Leoniciâ & Alii. Videmus e-
nim fieri multa supra vires nostræ morta-
litas, multa præter rationem & meritum,
pluri-*